Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



custodiunt mandata illius: et patientiam habe
bunt usq; ad consumationem illius. Le. b. petri ap.
Benedictus deus et pater dni nri ihesu xpi.
qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit
nos in spem viuam per resurrectionem ihesu xpi
ex mortuis in hereditatem incorruptibilem.
et incontaminatam. et in marcescibilem conseruatam in celis: in nobis qui in virtute dei custodimur per fidem et salutem paratam reuelari in
tempore nouissimo. In quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari in variis tempta
cionibus ut probatio uere fidei multo pociosior
sit auro quod per ignem probatur: inueniatur
in laudem et gloriam et honorem in reuelacio
nem domini nostri ihesu cristi. In libri sapie
Justorum anime in manu dei sunt: et non tan
get illos tormentum mortis. Visi sunt oculis
insipientium mori: et estimata est afflicio exi
tus eorum: et quod a nobis est iter exterminii
illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus
tormenta passi sunt: spes illorum immortalita
te plena est. In paucis uexati: in multis bni
disponentur: quia deus tempt[a]uit illos: et
inuenit eos dignos se. Tanq; aurum in forna
ce probauit illos: et quasi holocausta acce
pit eos: et in tempore erit respectus illorum
fulgebunt iusti: et tanq; scintille in ha
rundineto discurrent. Iudicabunt nacciones
et dominabuntur populis. Et regnabit dns illorum
in perpetuum. In libri sapie. Impetuum
iustorum letitia: spes autem impiorum pibit